Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8446
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

uxorem habeat, uxor uir debitum
reddat. similiter autem et uxor uiro.
Non habet potestatem sui corporis uir sed
uxor. similiter autem et uir potestatem
sui corporis non habet sed mulier.
Nolite fraudare inuicem nisi
forte ex consensu ad tempus ut uacetis orationi. et iterum reuertimini
in idipsum ne tentet uos satanas
propter incontinentiam
uestram. Hoc autem dico secundum indulgentiam non secundum imperium.
Volo autem omnes homines esse sicut meipsum. sed unusquisque proprium donum habet a deo. alius quidem sic.
alius autem sic. Dico autem non nuptis sed uiduis. Bonum est
illis si sic permaneant sicut ego.
Quod si se non continent nubant.
Melius est enim nubere quam uri.
Nullo t. Cum esset ihesus S. Lucam.
in una ciuitatum: et ecce uir
plenus lepra. Et uidens ihesum
procidit in faciem. rogauit eum di-
cens. Domine si uis potes me mun-
dare. Et extendens manum: tetig-
it eum dicens. Volo. mundare.
Et continuo lepra discessit ab
illo. Et ipse precepit illi ut ne
cui diceret. sed uade ostende te
sacerdoti. et offer pro mundatione
tua sicut precepit moyses in
testimonium illis. Perambulabat
autem magis sermo de illo. et con-
ueniebant turbe multe ut audirent et curarentur ab infir-
mitatibus suis. Dominica iiij. post. et

uij. cantus prioris dominice. Coll.
Deus qui nos in tantis
periculis constitutos pro
iustitia tua cas fragilitate non
posse subsistere. da nobis sa-
lutem mentis et corporis. ut ea
que pro peccatis meis patimur. te
adiuante uincamus. Per. Ad
Rom. Neminem commanos.
quicquam debeatis: nisi
ut inuicem diligatis. Qui enim
diligit proximum: legem imple-
uit. Nam non adulterabis.
non occides. non furaberis. non
falsum testimonium dicas. non concu-
piscas rem proximi tui. Et si quid
est aliud mandatum in hoc ver-
bo instauratur. Diliges proxi-
mum tuum sicut teipsum. Dilectio
proximi malum non operatur. Ple-
nitudo ergo legis est dilectio.
Nullo t. Ascendente S. Matheum.
dente domino iesu in nauicula:
secuti sunt eum discipuli eius.
Et ecce motus magnus factus
est in mari: ita ut nauicula
operiretur fluctibus. Erat autem
illis contrarius ventus. Ipse
uero dormiebat. Et accedentes
et suscitauerunt eum dicentes.
Domine saluos nos fecisti. Et
dicit eis. Quid timidi estis mo-
dice fidei. Tunc surgens imperauit
ventis et mari: et facta
est tranquillitas magna. Por-
ro homines mirati sunt dicentes.
Qualis est iste quia uenti et